



## **R.D. Jacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

17. In Festo S. Iosephi, bipart. Filius accrescens Ioseph: filius accrescens,  
& decorus aspectu. Genes. 49.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

fulvior in ea. Hæc civitas refugii, status est humilis Religionis, in qua multi salutem consequuntur, qui in locis sublimibus periculo fuissent obnoxii. Attendebat manum illam juxta Candelabrum scribentem, & stateram ac pondera præferentem, quibus expenduntur hi, qui ad sublimia aspirant. Hi enim in pondere Sanctuarii expenduntur, & si quis eorum invenitur minus habens, tamquam reprobus eicitur. Precibus vero illud periculum redimebat; solusque erat specialis orationem fundere Deo, ne permitteret se ad honores illos excellos evehi, ut huic obviaret discrimini.

Concludamus, & his paucis contenti radiis, inter innumeros, qui Stellam nostram exornant, attendamus ejus Occidentem. Voluit etenim Dominus hanc lucem Ecclesiæ tandem non tam eripere, quam sublimius collocare, ut ampliori gloria coruscans, suo etiam nos fulgore patrociniis latificaret. Quapropter, licet mors sit quidam Occidens lucis & vite nostræ, Sanctis tamen censetur potius Oriens quidam, quia per eam renascuntur novo Oriente, ut fulgunt tanquam stellæ tota æremitate. Quod maxime contingit his qui docti fuerint, & ad justitiam multos erudierint, quibus specialiter promittitur fulgor in perpetua æremitate. Sed ad hanc lucem non valent pertingere, nisi petranseundo prius per mortis caliginem. Audi igitur, quomodo Vir Sanctus per eam transierit, sine lucis suæ detrimento, sed potius magno cum augmento. Vocatus erat ad Concilium generale Lugdunense, Pontificiâ indictum auctoritate, vocatus equidem ob doctrinæ eminentiam, ut errorum tenebras tunc variè sese dispergentes luce sua discuteret. Itineri igitur ex obedientia se accinxit, & per Monasterium Fosse novæ, Ordinis S. Bernardi, invitatus ab Abbate & Fratibus, pertransiit. Mox verò illic ingrederens, agnovit divinam erga se dispositionem, & clarè prævidit suam mortem. Hinc consolati suo F. Reginaldo coram multis magno pietatis impulsu dixit: *Hæc requies mea in saculum sæculi.* In morbum igitur ibidem incidit, nec tamen à sacra lectione & doctrina abstinuit, ad extremam penè usque ipsiritum.

Etenim rogatus ut Cantica Canticorum Religiosis ibidem exponeret, supplendo quæ S. Bernardus morte præventus non absolverat, primum quidem se humiliter excusavit hisce verbis: *Dato mihi spiritum & zelum Bernardi, sic potero ejus supplere canticum & stylum.* Tandem tamen eorum petitioni acquiescens, cepit explicare Canticum illud Canticorum brevi & facili methodo, quamdiu vita permanit. Tum extremitate ægritudinis illud explicavit: *Veni dilecte mi, veni egrediamur in agrum.* Coactusque est ibidem sistere. In extremo autem spiritu memor illorum verborum, toto cordis & vocis annuilla repetebat: *Veni, dilecte mi, veni egrediamur in agrum.* Tandem cum illis spiritum exhalavit, transiens in agrum floridum beate æremitate, æternæ beatitudinis, ut illuc loqueretur Agnum deducentem ad vicia fontes aquarum. O mors tuavis & jucunda, quando anima innoxia super dilectum, deliciis affluens, de deserto hujus sæculi in Ecclesiæ triumphantis Paradisum conscendit, Deum perenni jubilo laudatorem! O mors omnibus exoptanda votis, quæ morienti scilicet gloria janua vite, portus quietis, laborum existit finis. Talis fuit mors sancti hujus Doctoris.

Interim dicere poterat Reginaldus, indivisus Comes, quod olim Eliæ Eliseus: *Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga ejus.* O si pallium innocentie, o si spiritum duplicem sapientiæ relinqueret aliquid heredi, qui per Jordanis fluctus sicco non valeat vestigio in Hierusalem ad pacis æternam perducere visionem!

Conclutur tot radiis in caelum sublimasti, ut perfectius luceret, & quidem in perpetua æremitate, quique Ecclesiæ de die in diem ejus mira eruditione clarificas, & sancta operatione fecundas: da nobis, & quæ docuit, intellectu conspicere, & quæ egit, imitatione complere; ut per lucem & viam, quam nobis in caligine præmonstrat, ad te, qui vera es lux, & fons lucis indeficiens, securè & feliciter pertingere valeamus, tua benignitate, ac ejus patrociniis, digni effecti sortis Sanctorum in laudibus.

IN FESTO S. IOSEPHI

Lect. 17.

*Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu.* Gen. 49.

Lim nomina dabantur in Circumcisione, sicut nunc in Baptismo; quia pueri per Circumcisionem à peccato originali expiabantur, sicut & De Ioseph modo per aquam baptismalem, & adscribentur crescente numero eorum, qui censentur de populo Dei: ad hoc enim serviebat signaculum Circumcisionis, ut distinguerentur filii Abraham, filique Dei ab infidelibus. Forsitan S. Ioseph non egebat Circumcisione ad peccati expiationem, si verum est, (quod multi asseruerunt) ipsum ex utero fuisse sanctificatum: conveniebat tamen ei Circumcisio tanquam signaculum filiorum Abraham, & tanquam signaculum justitiæ. Itaque in Circumcisione nomen suum Ioseph (quod incrementum significat) accepit non fortuito, aut humana solum impositione, sed etiam instinctu & inspiratione divina. Nomina autem divino instinctu data haud inania fuerunt, ut patet in Noe, & Abraham, Isaac, Jacob, Moysè. Audi specialius.

Pars I. De Ioseph modo per aquam baptismalem, & adscribentur crescente numero eorum, qui censentur de populo Dei: ad hoc enim serviebat signaculum Circumcisionis, ut distinguerentur filii Abraham, filique Dei ab infidelibus. Forsitan S. Ioseph non egebat Circumcisione ad peccati expiationem, si verum est, (quod multi asseruerunt) ipsum ex utero fuisse sanctificatum: conveniebat tamen ei Circumcisio tanquam signaculum filiorum Abraham, & tanquam signaculum justitiæ. Itaque in Circumcisione nomen suum Ioseph (quod incrementum significat) accepit non fortuito, aut humana solum impositione, sed etiam instinctu & inspiratione divina. Nomina autem divino instinctu data haud inania fuerunt, ut patet in Noe, & Abraham, Isaac, Jacob, Moysè. Audi specialius.

Nomina divina data, peccati expiationem ob finem. Gen. 5.

1. Cur Lamech generans filium post centum octoginta duos annos vocavit eum Noe? Addit ipsa ratio: *Quia iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui malò dixit Dominus.* An casu hoc dictum est, & non potius divino im-

no impulsa? Noe enim fuit vir justus atque perfectus, ambulavit cum Deo, sedus pepigit Deus cum eo; propter ejus sanctitatem & sacrificium Deus post diluvium benedixit terræ. Denique invenit ipse artem arandi, & instrumenta colendi terram, ut minori cum labore homines sibi necessaria ad victum prepararent, & sic consolationem acciperent.

Gen. 8.  
9.

Gen. 17.

2. Cur Abraham nominat Deus eum, qui prius Abram dicebatur? Vtunque erat mysticum nomen divina ordinatione impositum. Abram significat idem quod Pater excelsus, talis erat Abram futurus, vita scilicet gratiaque excelsus, excelsa cogitans & agens: sed ideo eum postea voluit Abraham nominari, addita littera H, de nomine tetragrammato Dei, hoc est Patrem excelsa multitudine; quia constituebat eum Dominus Patrem filiorum omnium spiritualium, sive omnium fidelium futurorum.

Gen. 21.

Luc. 2.

3. Cur Abraham filium suum nominavit Isaac, id est risum & gaudium? Quia futurus erat senectuti parentum consolationi & voluptati. Vnde Sara dicit: Risum fecit mihi Dominus, quicumque audiverit, corripit me. Ipse futurus etiam erat typus illius qui gaudium debebat afferre toti mundo, typus scilicet Christi Domini, quem cum concepisset Maria, dixit sicut Sara: Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem ancilla sua; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Gen. 32.

Exod. 2.

4. Cur Jacob hoc nomen accepit, quod idem est ac Luctator? Non solum id fuit, quia in utero cum fratre luctatus est, sed etiam quia cum Angelo admirabili & mystica illa lucta luctari debebat, & extorquere benedictionem arcanam. Sic & Moyses hoc nomen accepit, non solum ex humano instinctu filii Pharaonis, quia ex aqua extractus feliciter fuit: Quia de aqua tuli eum, inquit ipsa; sed etiam divina ordinatione & providentia hoc nomen ei datur, quia de aquis afflictionum extractus erat filius Isaac Israel, & per aquas maris robri traducturus eos sicco pede, illa quoque vestigio.

Sponsus  
M. V. specialiter  
natus Ioseph.

Gen. 49.

Dicimus igitur nomen Ioseph speciali providentia Dei firmo situm fuisse Sponso futuro Mariae, quia sicut antiquus Patriarcha Ioseph qui primo hoc nomine legitur insignitus, sic & hic Ioseph nominis huius perfectam significationem debebat adimplere. Quapropter sicut de antiquo, sic & maxime de nostro Ioseph illud verum est: Filius accrescens Ioseph, filius accrescens. Et decorus aspectus. Ostendat us primo, quomodo durante vita fuerit accrescens virtute, sapientia, & gratia. Deinde, quomodo nunc sit accrescens in populorum devotione & accidental gloria, & inde patebit quomodo significatio nominis in eo plene adimpleatur.

Nomen Ioseph significare incrementum apud Hebraeos pernotum est, ideoque apud omnino da-

tum fuit antiquitas illi Patriarchae ex domo Iacob, qui crescere debebat per fratrum amulionem & odium, per insidias & venditionem, per fallam aculationem & carcerem, usque ad diademam & sceptrum, quo regi praefuit & dominatus est Aegypto. De isto ergo rectè dicitur: Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, quod repetitur ad majorem emphasim & significationem, atque etiam ad admirationem excitandam. Admirabile enim est, ita crevisse eum per tot adversa, & ad tantum gloriae gradum pertigisse ex tanta contempnitate, ex servitute, ex carcere. E contra videri posset, non ita convenire hoc nomen Ioseph nostro Ioseph, qui potius decreverat quam accrescere visus est, quia cum esset de domo David, de domo regia, ad eam redactus est inopiam & vilitatem, ut arte fabrilis panem sibi comparare debeat, quasi à scepro ad lignem usque & securim sese demittere coactus. Verum haec est rerum humanarum rota volubilis, haec rerum subinconstantiastro Lunae projectarum mutabilis conditio; ut sicut Luna mox crescit, mox decrescit, sic nihil fit sub illa nisi mutationi obnoxium, & incrementum vel decremento subiectum, si de bonis corporis vel fortunae agitur. Sicut ergo David à baculo pastorali ad sceptrum & regnum erectus fuit; sic & non mirum, si ex ejus stirpe aliqui ad regno & scepro, hoc est, ab opibus regis & eximio ad baculum & lignum, hoc est, ad artem pastoriam vel fabrilis devoluti sunt. Hoc enim Deus per suam ordinat providentiam in bonum, ut saeculi inconstantiam considerantes, rotæ volubili non nimium innitatur, aut fidamus, si de bonis ad blandientis fortunae agitur, Ioseph noster non tam accrescens & fructificans, quam decrescens & inops dici potest. Der providentia in bonum ipsius hoc ordinante, ut per pauperatatem eum probaret, & postmodum exaltaret.

An nomen  
Ioseph  
Sponso B.  
M. V. rectè  
conveniat.

Virtus  
semper  
Ioseph cre-  
vit.

Gen. 37.

Virtus  
Ioseph  
S. Ioseph.  
pietatem

pietatem & temperantiam Confessorum, castitatem Virginum. Vis hæc particularius agnoscere.

*Primo*, fides & pietas mirè in ipso eluxit, quia primus Christum Filium Dei in terris editum adoravit. Primus toto affectu devotionis obtulit, quicquid poterat in se gratum ei & conducibile reperiri. Obtulit enim brachia & labores, artem & iudares, obtulit canescentes capillos, vitam quoque & sanguinem in obsequium obtulit huius Pueri, cuius & Nutritor & Custos constituebatur.

*Secundo*, cum fide & pietate spes & patientia eius mox sese offendit, dum gravissimas tribulationes cogitur subire pro Pueri isto, dum persequitur Herodes, dum in Ægyptum fuga longinqua est in eunda, dum angustia rei familiaris premit, & sine provisione & comitatu sufficiente transeundum est ad extraneam regionem cum Matre & Pueri, dum ibidem per septennium fortè commorandum est. In his tam omnibus Ioseph nec deficit, nec desperat, nec murmurat, sed fidentissimè & patientissimè legitur. Non dicit: Ecce promissus est Salvator, & nunc fuga ei consulere oportet, & quidem per loca aspera & ignota. In nulla re igitur nutrat, sed cum gaudio omnes sustinet tribulationes. De qua re S. Chrylостomus fusiè hom. 8. in Matth. ante medium.

*Tertio*, charitas ardens in ipso fuit, quandoquidem sacri Deum amoris toties brachiis suis complexus est, osculum & suavium charitatis sacro ejus ori inficiens pietatissimè. Si Moysis facies ex consorcio Dei in monte radiat, si Ioannes infans utero conclusus ad vocem Mariæ exultat, si semel Simeon & Anna in templo Infantem hunc divinum amplectentes tanto spiritus implentur ardore; quid dicemus de S. Iosepho in tot annorum continua cum Filio Dei & sanctissima ejus Matre conversatione? Si recubuit semel Ioannes super pectus Domini, & ibitantum hausit dilectionis & sapientia, quoties Ioseph recubuit super Domini pectore, aut potius quoties pectus & caput Iesus reclinavit super Iosephi corde! Et nunquid non illud replevit sapientia & amore? Filius ergo accrescens Ioseph, filius accrescens, ex continuo illo consorcio cum Filio Dei & ejus Matre. Si enim suo semel adventu replevit Maria Spiritu Sancto dum Zacharia, unica vel salutatione, quantà potuit replere benedictione familiam suam & Sponsum suum Ioseph cum felicissima sua Prole? O quam spiritibus colloquia, quam ardentes sermones inter eos misccebantur tot annis conversationis, tum in Ægypto, tum in Galilea! Certè etiam inter Angelos Ioseph fuisset conversatus, non poterat plura discere, quam à Maria, & Iesu Christo Matre Filio. Quapropter hæc est Dei familia in terris, Angelicam quæ in caelis superans gratia, IESUS, MARIA, IOSEPH. O beatos Iosephi oculos, qui adeo frequenter Christum contemplari meruerunt: Beati qui vident, qui vos videtur. O beatas manus, adeo frequenter tangentes

tabernaculum divinitatis, existens inter homines, ut videatur & tangatur ab his qui ad hoc sunt electi! Nunc non dicitur Iosepho sicut Magdalena: Noli me tangere. O beata brachia, inter quæ adeo frequenter recubuit auditor aeternæ salutis & felicitatis! O beata domus, in qua hæc Trinitas terræ habitavit, & sacra vestigia fixit! Noli ergo mirari, si Iosepho nostro potius quam Iosepho filio Iacob Patriarchæ dicamus illud convenire: *Filius accrescens, filius accrescens*; crevit enim noster Ioseph magis quam alter in gratia & perfectione. Iam ex dictis rationem potes scire, quam & Hebræa Lectio videtur confirmare. Verunt enim ex Hebræo interpretes: *Filius fructificans juxta fontem*. Vbi & Pagninus legit: *Veramur crescens Ioseph, ut ramus fructificans juxta fontem*. Vide quam aptè hæc lectio nostro conveniat proposito. Infans enim, quem Ioseph sæpe amplexabatur, cuius faciem & pedes sæpe osculabatur, juxta quem sedebat, dormiebat, vigilabat, sons omnium bonorum erat uberimus. Ergo merito juxta illum creviffe ereditur, quasi planta continuo illius fontis in fluxu irrigata. Verè felix planta, non enim potuit non pertinere ad maximum incrementum talis fontis irrigatione.

*Quarto*, excelluit in Ioseph castitas & puritas. Cum enim electus fuerit ut conjugii fedus iniret cum Maria purissima, decuit ut in pietate, in amore, in gratia, in castitate & puritate ei similis foret, ut esset adiutorium simile Mariæ, datum illi à Deo. Non enim decebat Virginem dari in conjugium nisi Virgini. S. Bernardinus Senensis sic de hac re loquitur: *Quomodo cogitare potest mens discreta, quod Spiritus S. tanta unione uniret menti tanta Virginitate a S. Ioseph. hanc animam, nisi virtutum operatione simillimam*. Vnde credo Ioseph fuisse mundissimum virginitate, purissimum humilitate, ardentissimum charitate, altissimum contemplatione, ut esset adiutorium simile Virgini. Hæc ille. Similiter loquitur Gerdon, & ultorius aude dicit: *Sicut decuit ut Virgo summæ puritate intereret, sic decuit ut haberet suo modo parem sponsum purissimum, qui cum perpetua Virgine Virgo permaneret, uterq; ægali progente illustris, uterq; sanctificatione in utero recipiens, cum Maria plena gratia fontem reprimente in ipso Ioseph, repletus gratia omne mortale peccatum superante*. Hæc ergo est similitudo inter hos conjuges: Quod ambo ad celissimam dignitatem electi fuerunt; hæc in Matrem, ille in Patrem legalem. Quod ambo in ministerium Verbi incarnati destinantur, hæc ut carnis det substantiam, ille ut tribuat alimentum; hæc ut nutriet ubere de coelo pleno, ille, ut aiat & matrem & filium manuum labore & vultus sui sudore. Quod ambo (secundum Gerdonis sententiam, quam multi secuti sunt) in utero sint sanctificati, & ex utero egredientes nomine caelitus delapso insigniti. Denique quod ambo virginitatem coluerunt, imò tanquam Vexilliferi virginitatis vortum emiserunt. Ita ut exinde factum fuerit ut multi utriusque sexus ad virginitatis

IOAN. 20.

4. Castitas & puritas

Serm. de S. Ioseph.

Serm. de Nativitate Virginitatis.



nistatis vexillum & votum convolarint Mariæ & Ioseph secuti exemplum.

Virerius, propter puritatem & castitatem quam coluit Ioseph, quam & se colentibus impetrat, rectè dicitur de eo non solum quod sit *Filius accrescens*, sed etiam *decorus aspectu*. De pulchritudine quidem externa sæpe dicit S. Scriptura, quod fallax & vana sit, & multis causa ruinæ, ut patet in Absalone; tamen & quandoque eam laudat, quando est conjuncta cum virtute & castitate. Vnde ab ea laudatur Rachel, Esther, Iudith, filia Iob, de quibus dicitur, quod non sunt inventa mulieres speciosa ut illa. In Virgine Deipara mira effulgit pulchritudo, quæ etiam in aliis concupiscentiam extinguebat. Sic & de Christo dicitur, quod fuerit *Speciosus forma præ filiis hominum*. Quapropter rectè etiam de Ioseph asseritur, fuisse decorum & venerabilem aspectu, nec fuisse omnino senem aut decrepitem, sed virum ætatis perfectæ, in qua posset servire Virgini, tum per opera artis fortia, tum per ardua itinera. Immo nonnulli de Virgine Mariæ & Ioseph illud interpretati sunt: *Lasabitur Sponsus super Sponsam, & habitabit iuvenis cum Virgine*. Atque venerabilem vultu & speciosum ac decorum Iosephum fuisse, ex eo colligit Gerson & alii, quod non ab similibus Christo debuerit esse, ut eius Filius crederetur. Hinc in fine Iosephina: sic canit Gerson metro & Aylo antiquo:

*Personas inter similes est nexu amoris:  
De Ioseph ratio suadet quod facialis  
Forma, Iesu forma similis fuerit reputanda,  
Si non: quo pacto pater ejus creditus esset?  
Qualiter omnimodo matris salvasset honorem,  
Disparitas vultus Proli cum Patre putato?  
Gratia natura fieri vult consona sæpe.  
Nonne minor Iacobus frater Domini prohibetur  
Valde sibi similis: quod gratia non caro fecit.*

Decorus ergo aspectu Ioseph ob corporis speciem, sed magis ob mentis pulchritudinem, & ob castitatis virgineæ decorem, ob quam lilio assimilatur, sicut & Sponsa ejus. De Christo enim dicit Sponsa ejus dilecta in Canticis: *Dilectus meus pascitur inter lilia*. Lilius ergo Mariæ, lilius Ioseph, inter quos tanquam inter lilia continuè conersatus est, & maxime oblectatus dilectus Ecclesiæ Sponsus Christus, qui & hæc lilia pascebat, & ab eis pascebatur in pueritia. Lilius ergo candidissimum Mariæ non potuit conjungi, nisi cum lilio candidissimo Iosepho. Vnde amat Virgo adhuc lilia, hoc est castas & puras animas, easque sibi conjungit & Iosephinas vocat.

Quapropter B. Hermannus adolescens mirè B. Virgini devotus & familiaris, Ioseph ab ea est vocatus. Hic beatus Virginem vocitare solebat, *Rosam suam ac liliam*. Quadam enim vice ab ea visitatus & coelesti consolatione perfusus, vidit ab ea per cubiculum suum spargi complures fragrantissimi odoris rosas, quas ipse reverenter colligens pretioso in calice collocavit. Vnde crebro ipsa eum visi-

tans, consolam, & familiariter colloquens, suam fidelem amicum, facellam, quin & sponsum appellare solebat. Quadam enim nocte apparens eidem specie pulcherrima, Angelis comitata Angelorum unus dextram Hermannus apprehendens, & manui B. Virgini copulans, his eam verbis illi respondit: *Hanc ego Virginem tibi irado Sponsam, sicut olim fuit desponsata Ioseph, ut nomen Sponsi pariter eum Sponsa accipias, & de casero Ioseph vociteris*. Exinde ergo dicitur est Hermannus Ioseph. Vide Surtium die 7. Aprilis.

Quo anno S. Ioseph mortuus fuerit, non constat ex facis Literis, aut SS. Patrum scriptis: illud tamen probabilissimè asseritur mortuum fuisse ante Christum, quandoquidem illius non fiat ulla mentio etiam in triennio prædicationis Christi Domini. Nec videtur alteri commendanda Maria in cruce à Christo, si Ioseph Sponsus & Custos supervivisset. Interim in gratia & sanctitate insigni, usque in finem perseverasse non est dubium, cum hæc sit Tunica polymita & talaris, Tunica ad pedes usque & extremitatem seu calcaneum vitæ pertingens; Perseverantia scilicet finalis in virtutum varia perfectione, quâ dubio procul eum Pater æternus vestivit. Adde, quod si nos omnes optamus emori inter brachia Salvatoris, absque dubitatione Iosepho hoc contigit, in symbolum specialis amoris, quo eum prosequeretur Filius suus legalis Iesus & Salvator. Enim vero ille ubique reperitur Iesus & Maria cum Ioseph sive in Nazareth ab Incarnatione, sive in Bethleem à nativitate, sive in Templo in præsentatione, sive in Ægypto in fuga & transmigratione, sive in Ierusalem in festivitate, sive in laboribus & fabrilii opere: quis ambiget eos adfuisse & in morte? Adfuit ergo Iosepho non solum nomen Iesu, quod tunc solenus invocare, sed etiam personaliter ipse, promissique felicem exitum, promissit Angelicum conductum, promissit in sinu Abraham descensum securum, & liberationem ex limbo mox per se faciendam. Si adfuit Christus, adfuit & dulcissima Mariæ præsentia, Iosepho desideratissima: de qua re sic loquitur Bernardinus: *Quantas exhortationes, consolationes, promissiones, illuminationes, inflammationes, æternorum honorum revelationes, accepit in transitu suo Ioseph à sanctissima Sponsa sua & à dulcissimo Filio Dei Iesu? Dicamus ergo hic utitur: Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu*. Accrescens, scilicet non solum splendore & gratia in vita & in fine vitæ, per præsentiam Iesu & Mariæ, tamquam Solis & Lunæ adjutus in limine, sed etiam accrescens post mortem in fulgore specialis gloriæ: accrescens, inquam, super cæteros Patriarchas & justos. Attende particularius.

Quæ dicitur eminere super antiquos justos, quia ministerium ejus, cum spectaret ad ordinem unionis

Ioseph

virginis  
in decorus  
Prov. 31

Iob. 4

Isal. 44

Isai. 62

Decorus  
aspectu  
Ioseph

Can. 6

E. M. V.  
omnes ani-  
mas amat

Surtius  
7. Aprilis

Pars II.  
Quomodo  
post mortem  
S. Iosephi  
gloria cre-  
verit S. Ioseph ante  
Christum  
mortuus  
in gratia  
aliquo in  
sacro per  
veravi.

Morini  
Ioseph  
Iesu ad-  
fuit &  
Maria

S. Ioseph  
accrescens  
super Pa-  
triarum  
& justos  
antiquos.

Quæ dicitur  
eminere  
super antiquos  
justos

unionis hypostaticæ, videtur fuisse sublimius, & consequenter a se habuisse gratiam correspondenter sublimiorem, denique & gloriam excellentiorem, quandoquidem gloria essentialis gratiæ correspondet tamquam fructus semini. Propterea dixit S. Bernardinus Senensis. *Si Virgini Matre tota Ecclesia debetur, quia per eam Christum suscipere digna facta est; sic profecto post eam S. Ioseph debet gratiam & reverentiam singularem. Ipse enim est clarus veteris Testamenti, in qua Patriarchalis & Prophetalis dignitas promissum consequitur fructum.* Quapropter dicere possumus, quod benedictionem omnium aliorum Patriarcharum & Prophetarum dedit ei Dominus, tum quia Angelicas illustrationes & Propheticas revelationes habuit, tum quia Dominus Testamentum suum confirmavit super caput ejus. Idcirco enim finitur genealogia Salvatoris in illo, & solus cum Christo filius David est nominatus ab Evangelista. Vnde S. P. Chrysol. *Videtur fratres in persona genitrici vocari, videtur in uno totam prophetiam nuncupari, videtur in Ioseph (scilicet Davidici seminis) jam citari, Ioseph filii David. Tercium octava generatione natus, quomodo filius David dicitur, nisi quia fides promissionis impletur?* Addeunt aliqui S. Iosephum etiam in gloria excedere Apostolos, quia ministerium sortitus sit actionis ordinis concernens unionem hypostaticam, ut jam dictum est; ita ut in cælis sedeat eodem ordine quo Matth. cap. i. nominantur, Iesus, Maria, Ioseph, eodemque ordine sint descripti in libro vite. Sed hæc cum ab æternâ electione Dei & prædestinatione pendeant, cuius consilia inscrutabilia sunt & abditißima, nec ex sacris eloquiis aut SS. auctoritatibus sufficienter colligi possint incerta sunt nec tenaciter asserenda, quantum à piâ credulitate non sint aliena. Videri potest Franciscus Suarez 3 p. tom. 1. q. 29. disputat. 8. lect. 2.

*Matth. i.*  
*Ser. 145.*  
*An etiam super Apostolos.*

*Quoad gloriam corporis.*

*Christo resurrexisset crederetur.*

è monumento revocare, sicut Lazarum ad preces Magdalene & Marthæ; sed distulit in tempus Resurrectionis sue, ut qui pariter convixerant, pariter quoque resurgerent; & ut qui ipsum deduxerat in Ægyptum, & reduxerat tanto cum labore & sudore, jam ab ipso vicem reciperet, & duceretur in cælum magno cum triumpho & splendore. Ea propter hæc de re sic loquitur Bernardinus, *Pie credendum est, quod piissimus Filius Dei pari privilegio decoravit suum putativum Patrem, sicut sanctissimam suam Matrem. Sicut illam assumpsit in cælum corpore & anima gloriosam, sicut etiam in die resurrectionis sua sanctissimum Ioseph in gloria secum assumpsit. Vt sicut illa sancta familia, Christus, Virgo, & Ioseph, in laboriosa vita & amorosa gratia simul vixerunt in terris, sic in amorosa gloria nunc in corpore & anima regnent in cælis, juxta regulam Apost. 2. Cor. 13. Sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. hæc ille. Confirmari hoc ipsum ex eo potest, quod reliquæ S. Ioseph nullibi extare memorentur, sicut ferè fit de aliis Sanctis; verisimileque est eas detegendas etiam angelica vel divina revelatione, si in terris iuperesset, sicut de multis factum est cælitus.*

Tertio, quantum ad gloriam accidentalem etiam de Ioseph rectè dicitur: *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectus;* quia eius gloria accrescit per cultum honorificum, & devotionem populorum; maxime hoc sæculo, in quo ad honorem ipsius decernuntur festa decantantur encomia, eriguntur oratoria, construuntur altaria, instituuntur sodalitia, nuncupantur vota, conduntur cœnobîa, & ejusque protectionem specialem sibi adsciscunt religiofa instituta. Si autem quæras, cur Festum S. Iosephi olim festum S. Iosephi non fuerit? Respondent olim nonnulli, id factum fuisse ob hereticos, qui eum Patrem naturalem Christi dicebant, & ita Filio Deitatem, & Matri Virginitatem denegabant. Nunc autem cessante hæresi illa, cessat & causa; vultque Deus ad tempus delitescentem quasi sub velo gloriam Iosephi, modo ubique evulgari præclaris encomiis & votis populorum. Audi S. Bernardinum Senensem: *Certe velo olim in Ecclesia tegebatur quanta dignitatis & sanctitatis esset Ioseph, Sponsus Virginis, & Pater Christi putativus: sed scis, sum est velum templi à summo usque adorsum, & per S. Ioseph, fitem Christi sacrosancta mysteria orbi universo patuerunt; & in hoc cœlestium regno id est, Ecclesia, apertum est Dei templum, & facta sunt fulgora & voces Cœnacionatorum, & secuta sunt voces Doctorum quod de tanto & sanctissimo Ioseph noverunt, concionibus & scriptis celebrantur. Hæc ille.*

Audi & Hidorum Iolanum histor. Orient. 3. p. c. 6. sic hæc de re differenter: *Spiritus sanctus non deficit à morventis cordibus Fidelium, donec omne imperium militantis Ecclesie exultans divini Iosephum nova prosequatur veneratione, condat Cœnobîa, Ecclesias ac Altaria in ejus erigat honorè. Festa celebrabuntur, & ei vota voverent, & solvent cuncti populi; aperiet Dominus.*

*Quoad gloriam accidentalem.*  
*olim non celebrantur.*

*Serm. 3. de sum est velum templi à summo usque adorsum, & per S. Ioseph.*

*Dominus.*

Dominus *aves*, *præcedit* intellectus, & *vir* magni seruiantur interiora Dei dona abscondita in S. Iosepho, & in ueniet uelut aurum optimum, quale apud Patres veteris Testamenti non inueniuntur; pingedo enim & abundantia donorum spiritualium in S. Iosepho micuerunt, ita ut similes illi non inueniantur. Benedicite igitur, o populi S. Iosephum, ut benedictionibus replamini; qui enim benedixerit illi, erit & ipse benedictus, qui maledixerit illi in maledictione reputabitur. Hæc ille.

Sed de hac gloria accidentalit S. Iosephi semper crescentem, & de eius potenti apud Deum patrocino, plura subiungemus sublequente Lectione.

IN EODEM FESTO.

LECT. 18. *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.* Ecclesiastici 45.

PARS I. *Quomodo S. Iosephus fuerit* Psal. 122. Iob. 13.

Prov. 10.

Eccl. 49.

Nomen

Ioseph nomen sanctitatis & quinq; in sacra Scriptura Ioseph.

Luc. 23.

Act. 1.

Act. 4.

NOTum est & decantatum illud Psalmistæ: In memoria aeterna eris iustus, ab auditione mala non timebit. Memoria scilicet iusti gloriosa permanebit cum benedictione apud Deum & homines; cum contra memoria impii comparetur cinori & faville, quia mox à vento rapatur & dispergitur, perique cum sonitu. Aut si aliquantum permanet putrefcere censetur, & odorem afflare ingratum, ut dixit Sapiens: Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrefcit. S. Iosephi memoria in benedictione est, & cum laudibus perennat, & sicut de Iosia dicitur: in compositionem odoris est facta, & in omnino indulcetur. Hoc notissimum est inter pios omnes, hoc ipsum hodie cum suavitatem decantamus: *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.*

Certè nomen Ioseph nomen est sanctitatis, nomen multoties scriptum in libro vite, in libro memorie aeternæ cum benedictione. Nam quinque hoc nomine insignitos legimus in Codice S. Scripturæ, quibus testimonium sanctitatis ab ipsa perhibetur. Primus est Ioseph ille castus & sapiens à Patre & à Deo tantopere dilectus, de quo fit memoria gloriosa in Genesi. Secundus est Ioseph inenarrabilis Decurio cui hic titulus honorificus datur: *Vir bonus & iustus, qui expectabat & ipse Regnum Dei, nec deseruit consilio & actibus eorum.* Hic habuit honorem Christum & Crucem deponendi, & ci tota pietate parentandi. Tertius est Ioseph ille, qui ob insignem iustitiam cognominatus est *Iustus*, & denominatus cum Mathia ad Apostolatam. Hic postea Episcopus Euthero poles in Palaestina constitutus, fidem & Evangelium magno zelo propagavit, & pro fide venenum bibens sine nocumtoto id fecit, ac tandem victoriam & lauream Martirii est consecutus gloriosè, ut pater ex Martyrologio Romano 20. Iulii. Quartus est Ioseph ille, qui cognominatus est *Barnabas*, id est filius consolationis, quia vir plenus consolatione, & consolationem omnibus afferens; pollebat enim sanctitate & mansuetudine, suavitatem quocumque & gratia consolandi afflictos & miseros. Hic

inter primos attulit precium agri sui ad pedes Apostolorum, & postmodum Apostolo Paulo cooperatus est gravissimis in laboribus, zelosissimè Evangelium propagans. An non ergo eius nomen, sicut & præcedentium, qui nomen Ioseph prætulere, sicut & ipse, scriptum est in libro vite, in libro memorie aeternæ cum benedictione? Sic dicebat Dominus Apostolis: *Nolite gaudere in hoc, quod spiritus subjiciuntur vobis; sed in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.* Nonne & his gaudium magnum, quod Dominus per Scripturam suam eis testimonium perhibeat de nomine ipsorum scripto in caelis? Illud porò gaudium in nos redundat, dum eis congratulamur & congaudemus, quia nostro commodo illud testimonium dat Scriptura de eis, ut eorum sectemur iustitiam & gratiam.

Denique, noster Ioseph filius David, à Spiritu S. testimonium habet sanctitatis, quia & ipse nominatur *Vir iustus*, omnesque suos coævos excelsit in benedictione in præcanti vita agens, ideoque supereminet etiam in aeternitate. Primus inter hos omnes scriptus est in libro vite, ejusque memoria specialissimè recolitur cum dulcedine & devotione. Propterea per excellentiam de eo canimus in Epistola hodierna: *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.*

Sed in primis ostendendum, quomodo Deo dilectus fuerit. Ad id autem probandum non opus est in medium producere aliud specialis dilectionis argumentum, quam quod Pater æternus eum filii sui Patrem secum nominari voluit, & Mariæ Sponsum constituere. Hæc enim est radix, hic fons & origo omnis dilectionis & benedictionis in S. Iosepho. Unde sicut cum Mariæ hunc titulum damus, *Mater Dei*, in eo censetur comprehendere omnem dignitatem, omnemque gratiam huic titulo correspondentem; sic cum dicimus de S. Iosepho, *Sponsus Mariæ, Pater Christi*, his duobus titulis specialissimam Dei dilectionem, specialissimamque gratiam in eum profusam indicamus. Unde si dixit Ioannes Apostolus: *videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus.* Quasi dicat: Nullo majori titulo amoris nos poterat sibi acceptos ostendere, quam filios suos adoptivos vocare & efficere: Simili modo dicimus: *videte qualem charitatem dedit Iosepho Pater æternus, ut filii Dei Pater nominetur, & efficiatur talis legali adoptivæ, custodia, & cura.* Verè differentius præ aliis Sanctis nomen hæreditavit, cui nomini correspondere debuit favor specialis in gratiæ donis hæreditandis præ ceteris. Unde notant Theologi ex S. Thoma & S. Augustino, Deum quando aliquos eligit, solere consequenter eos preparare & disponere per dona gratiæ, ut idonei inveniantur ad ministerium aut gradum, ad quem electi sunt. Sic cum S. Thoma & Augustino colligimus pietudinem gratiæ in Maria quia Mater Dei electa est. Nonne cum

Luc. 10

5.

Mariæ

Sponsus

M. V. C.

Pater

Christi

1. Ioh. 1

Differen-

tiæ

præ aliis

Sanctis

hæreditatis

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.